

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**L.ANNAEI || SENECAE || Tragoediae.|| EDITAE  
EMENDA-||TIORES STVDIO || Georgii Fabricii ||  
Chemnicensis.|| (LVCTATII GRAM-||MATICI ANTIQVI, IN ||  
SENECAE TRAGOEDIAS || Periochae.||)**

**Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>**

**Leipzig, [1566]**

De reliquis carminum generibus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-694](#)

GEORGIVS FA-  
BRICIVS CHEM-  
NICENSIS

De reliquis carminum generibus.

**D**E trimetris sanè diligenter Auantius, sed quia in choris carminum genera reliqua non attigit, videntur ea quoqz exponenda : cum in Tragicis inueniantur, quacum poëtis cæteris non conueniant, nam ut suam illi seruent grauitatem, legiti- mis pedibus & vulgata compositione sem- per non sunt vñi, videlicet

ut sermo pompa regiae capax foret.

secundum Terentianum. In quibus anno-  
tandis operam exiguum sumpsi, non exi-  
guo futuram commodo ijs, qui cum dili-  
gentia & attentione liberali in veterum  
scriptis versari solent.

D E I A M B I C O.

I. Iambicum dimetrum catalecticum, pri-  
ma sede constat è spondeo aut anapæsto :  
duabus reliquis, iambo, cum superflua syl-  
labo. E' tali iambico integer chorus est, in  
Medea, ante actum quintum. Talis versus  
in Oedipo,

*Ophioniaq; cæde*

— —      v -      v - -  
v v -      v - v

Ibidem impurus est ille, mutato altero iam-  
bo in spondeum.

*Solenne Phœbus carmen.*

II. Iambicum dimetrum acatalectum ha-  
bet sedibus paribus iambum , imparibus  
spondeum aut dactylum aut anapæstum.  
hoc accinitur iambico trimetro, in Medea :  
interijcitur eidem in Agamemnōne. Misce-  
tur trochaicis & dactylicis vñus , in eadem  
tragœdia

*Procella fortunæ mouet.*

v -      v -      v -      v -  
--      --

Impurus est ille in Oedipo,

*Hederæ frontem bacchifera.*

Huic vicissim accinitur superius catale-  
ctum ibidem,

*Aut fœta tellus impio  
Effudit arma partu.*

III. Iambicum dimetrum hypercatalectum  
fit, cùm ad superius adiungitur pes trisylla-  
bus in fine, nempe baccheus : è quo genere  
non constant chori integri , sed alijs alibi,  
rarissimè tamen, interponitur, vt in Oedi-  
po,

*Sensere terræ Zedacum feroceſ.*

Habet

Habet sede quarta etiam anapæstum, vt in Agam.

*Non vrbe cum tota populos cadentes. Ibidem,  
Charusq; Pelida nimium feroci.*

in qua tragœdia tantum vnum adhuc generis eiusdem legitur. Vt autem apud Tragicos iambico dimetro pes trisyllabus additur: ita apud Comicos iambico senario: cuius è Varrone meminerunt, Charisius, Diomedes, Ruffinus, singuli adducunt hunc versum Terentij ex Hecyra,

*Nam si remittent quippam Philumenæ do-  
lores*

sed nunc non alia persequi, præterquam Tragici nostri, decretum est.

III. Iambicum trimetrum brachycatalecticum scazon, seu claudum, nescio an vlli alij, excepto Seneca, apud Latinos sit visita-  
tum. Habet sede prima iambum aut anapæstum, secunda iambum, tertia spondeum, penultima iambum, vltima spondeum, & semel tantum anapæstum.

*Sonuit reflexo classicum cornu. in Oed.*

*Cum lege mundi Iuppiter rupta. in Agam.*

*Iussitq; Phœbum tardius celeres. Ibid.*

--      u -      --      u -      --  
v v -      u -      v v -

Hoc genus scazonis in duabus tantum Tragœdijs legitur. nam alia exempla ego ignoror. Inter-

Interdum in eodem non fit collisio, vt,  
Elisit ære, antè non linguas.

Interdum nulla elisio, vt,

*Clamore primum hostico experti, in Oed.  
Sed hoc videtur fieri valde illepidè.*

*Est & alterum Scazon huic dissimile, in  
quo contra legem communem loco penul-  
timo trochæus ponitur,*

*Timet aut minaces victoris iras  
Tacitumq; murmur percussit auras  
Gemuitq; taurus Dicitæa linquens.*

uuu - v - -- - vuu  
-- - vu -

Hæc autem rectius inter composita me-  
trorum genera referuntur.

V. Iambicum trimetrum catalectum inte-  
grum, satis ab Auantio explicatum vide-  
mus, quod tamen è puris iambis non con-  
stat, sed pedum æqualium quasi tempera-  
mento conficitur. Tradit ex antiquis  
grammaticis Victorinus, improbari ver-  
sum è iambis omnem compositum, nam vt  
sit amplior & par tragicæ dignitati, inter-  
poni frequenter, locis videlicet imparibus,  
pedum dactylorū numeros, & moras spon-  
deorum: quam sententiam approbat Ter-  
rentianus. Quos autem trimetros Græci,  
eos Cicero & Quintilianus vocant sena-  
rios, & eorundem imitatione Flavius Ca-  
per

per & Aruntius Celsus, Terentij interpretes. Causam nominis vtriusque scitè Terentianus reddit, suæ vir artis doctissimus,

*Iambus ipse sex tantum locis manet,  
Et inde nomen inditum est senario :  
Sed ter feritur, hinc trimetrum dicitur,  
Scandendo binos quod pedes coniungimus.*

Annotarem & illa, vbi collisiones aut elisiones non fierent, vel hiantibus literis, vel sequente aspiratione: sed cum id in difficultioribus dicere iam coeperim, & in reliquis generibus sim repetitur: studiosi id per se obseruabunt, quod à præceptionibus communibus dissidet, & libertatem illam vetustiorum refert.

V.I. Iambicum trimetrum cataleætum scazon, constat è solitis trimetri pedibus, iambō, spondeo, anapæsto: sed in fine loco iambi spondeum celebrat, quem tamen antecedit anapæstus aut iambus: cuius generis duo tantum versus sunt in Agam.

*Cum Dardana teæta Dorici raperent ignes.  
Fatale munus Danaum traximus nostra.*

--      uu -      u -      u -      uu -      --  
      u -      -uu      --      u -      --

## DE TROCHAICO.

I. Trochaicum dimetrum cataleætum è trochæo,

trochæo, item spondeo vel dactylo vel ana-  
pæsto, demum trochæo & syllaba superflua  
componitur : quo vtitur in Oedipo,

*Sed quid hoc ? postis sonat. Item,  
Pendet instabili loco  
Quicquid excessit modum.*

- u - - - u -  
- u u  
u - -

Chorus enim ille integer est ex hoc ge-  
nere, quod & alijs choris immiscetur, aut  
ad eorum extremum adhibetur. Vnus ver-  
sus hypercatalectic est in eodem choro,

*Vita, decurrente via.*

vonus improprium pedem habet, loco tro-  
chæi pyrrhychium, in initio,

*Comes audaciis viæ*

Sed dubito valde nū correcti sint hi ipsi loci.  
II. Trochaicum dimetrum hypercatale-  
cticum, constat è trochæo, item spondeo,  
iterum trochæo, demum trochæo vel spon-  
deo, & syllaba abundante, vt,

*Nullus hunc terror nec impetus. Item,  
Sensit ortus, sensit occasus.*

- u - - - u -  
- u - - - u -

III. Trochaicum trimetrum brachycata-  
lecticum, habet loco primo & tertio trochæ-  
um vel spondeum vel dactylum : secundo,  
quarto, & quinto trochæum, vt,

*Protulit tellus aut anguis imis.* In Oed.

*Deseruit fugas nomenq; genti.* In Agam.

*Te duce concidit totidem diebus.* Ibidem.

in qua Tragœdia plures versus eiusmodi,  
sed sparsim inueniuntur.

—v —v — —v —v  
— — —v  
—v v —v v

Impurus est ille, qui loco secundo spondeum habet.

*Vicit acceptis cūm fulsīt armis.* Item,

*Fraude sua capti caderent Pelasgi.*

quamvis post duas mutas, vocalem sequentes, utræc syllaba correpta legi posset, licentia vetere: vt versus ille apud Gellium ex emendatione Alciati,

*Postquā est morte captus Plautus, comœdia luget.* nam in secundo loco dactylus est, propter pt literas vocalē sequentes. vt apud Græcos,

*Σίνουστη γυναικίων.*

sed auctorem nostrum minus horridum, ab hac cōsuetudine planè abstinuisse arbitror. Impurus itidē ille, in quo sede secunda pro trochæo ponitur anapæstus, vt in Agam.

*Tradit thalamis virginem relictam.*

III.I. Trochaicum trimetrum hypercatalecticum, habet trochæos admixtis, vt solet, dactylis & spondeis, quod in Agam. locis solum modo duobus legimus,

*Vidimus patriam ruentem nocte funesta*

*Vidimus*

*vidimus simulata dona molis immense.*

V. Trochaicum tetrametrum catalecticum,  
trochæum recipit locis omnibus , exceptis  
quarto & sexto , in quibus , quasi tibicen  
fulcitur, spondeus , firmamenti grauitatis-  
que causa. Integre purum carmen hoc po-  
nere Tragici non solent , nam quod alijs  
poëtis decoro est , in his viciosum putatur,  
Victorino & Attilio testantibus. In prima  
fede, præter trochæum, quem semper vt le-  
gitimum intelligo , collocantur da<sup>c</sup>tylus,  
tribrachys: in secunda , spondeus , da<sup>c</sup>tylus ,  
anapæstus : in tertia , tribrachys : in  
quarta, vnicus spondeus : in quinta , da<sup>c</sup>tylus &  
tribrachys : in sexta , rursus spondeus , & semel da<sup>c</sup>tylus , semel tribrachys , a-  
pud hunc videlicet auctorem : in septima  
necessariò trochæus : syllaba abundans (vt  
in omnis carminis fine ) est indifferens.  
Has pedum diuersitates , obseruare licet in  
Tragœdijs duabus , extra chorūm , nempe  
in scenarum exordijs , vt in Hippolyto &  
Medea : semel tantùm in scenæ medio , vt  
in Oedipo. Nos simplicioris versus exem-  
plum subijciemus.

*Et pias numen precatus, rite submisi manus.  
& illius apud Terentium in Heaut. qui est  
omnium eius comici purissimus,*

*vis*

*Vis amare, vis potiri, vis quod illi des, effici.*

Trochaicorum restant alia quædam genera, quibus semel aut iterum vti, poëta satis habuit, quæ ex impuris & imperfectis composita & quasi conglutinata sunt. Primum, pedum quatuor, vt in Agam.

*Hesperum dici aurora mouit*

Alterum, pedum totidem, & semipedis, cuius exempla leguntur duo in eadem Tragedia,

*Stella quæ mutat, seq; mirata est  
Frigidus custos, nescius somni.*

Tertium, pedum quinque, vt,  
*Semper ingentes educas aluminos*

Quartum, pedum totidem cum semipede, in Oedipo,

*Lucidum cœli decus buc ades votis.*

## DE ANAPÆSTICO.

Anapæsticum complectitur sedes quatuor, recipit in singulis anapæstum, in prima pariter daëtylum & spondeum, in secunda solum anapæstum aut spondeum: in tertia

g sponde-

spondeum, dactylum, tribrachym : in ultima anapæstum, spondeum, tribrachym, & dactylum, sed hunc bis tantum obseruare potui, vt,

*Mixtaq; odoro Lesbia cum thymo.* in Oed.

*Qui Styga tristem non tristis videt.* in Agā.

E' solis anapæstis unus legitur in Hercule Furente,

*Pharetræ; lenes, date seu aero.*  
alter in Thyeste, tertius in Hippolyto, quartus in Agamemnone. nam hoc contra gravitatem Tragicam est, vt suprà in iambicis & trochaicis, de veterum auctoritate scripsimus. Itaq; similem versum reprehendunt familiares Ouidij, in ipsius tragœdia Medea, qui à Seneca in controversijs annotatur.

*Gelidum boream, gelidumque notum.*  
Anapæstici qui constat è solis spondeis, ni-  
mium inertes sunt, ideoq; à Ruffino vocan-  
tur immanifesti, quia in ijs vix numerus &  
versus intelligi potest, vt Cicero ait: imò  
planè non intelligitur, si alijs, non sui  
generis, sunt immixti: Talis est in Oedi-  
po.

*Nec mortali captus forma.*  
alijs duo sunt in Agamemnone. Tales spon-  
daici, quamuis alijs itidem generis car-  
minibus inseruntur, tamen in eorum ha-  
bentur

bentur numero, cum quibus coniuncti sunt, etiamsi pedem nullum legitimum habeant, quod & veteres grammatici annotarunt, vt diximus, libro De re poëtica septimo.

Iambum pedem hoc carmen non admittit, nam in illo versu

*Arcus metuit Diana tuos.*

prima in nomine proprio figuratè producitur, vt & in illo Ouidij,

*Ferrum Diana volanti*

*Abstulerat iaculo.*

ita enim in aliquot manuscriptis offendimus. Habet hoc carmen post duos pedes incisum: in quo syllaba breuis produci potest, vt,

*Bis pulsata Dardana Graio, in Troade.*

*Pulsata freta fertur in altum. in Octauia.*  
Interdum non fit elisio, vt in Octauia,

*Vivere matrem impius, ingens.*

Neq; fit collisio. vt in iambico,

*Priamo Agamemnon. in Agam.*

*Aeacidae armis. in Tro.*

Item in anapæstico,


*Contenta sono, Hectora flemus.*

*Canuit Ide, Ide nostris.*

quod tribus alijs præterea eiusdem carminis locis animaduertimus.

Est huius carminis bonitas & elegantia

præcipua, si pedibus singulis, singulae par-  
tes orationis finiantur: altera, si dimen-  
siones ipsæ parte orationis terminentur.  
Talis est autem solita eius constitutio,



Admittit aliquando pedes alienos, sen-  
(vt Seruius) ignobiles (vt Cicero de Ora-  
tore) abiectos: nos haec tenus impuros vo-  
cauimus, quod & numerum & versum vi-  
cient.

In prima sede pæonem tertium, vt in  
Oedipo,

*Nineiq; lactis candida fontes.*  
quorum tamen versuum ultra octo in his  
Tragœdijs non sunt. In secunda sede bac-  
cheum, vt in Octavia

*Spernit superbos humilesq; simul.*  
cuius alibi similis nullus est. Observazione  
dignum est, quod Cicero anapæstum pe-  
dem, pro ipso carmine anapæstico ponit.  
vt de Finib.

*Græci qui hoc anapæsto citantur. id est,*  
*hoc carmine anapæstico.*

### D E S A P P H I C O.

I. Sapphicum brachycatalectum, quod  
constat

constat molosso, anapæsto, baccheo, id inseritur choro cuidam in Agam.

*Qui vultus Acherontis atri*

II. Sapphicum integrum, pedibus constat certis, trochæo, molosso, anapæsto, & amphibrachy vel baccheo, propter syllabam ultimam communem. Habet vñtate cæsuram post alterum pedem, quam Tragicus semper obseruat, Catullus non admodum accuratè, Horatius accuratius, præter quām in locis paucis, & in initio carminum, libro primo,

*Mercuri facunde, nepos Atlantis. Oda. io.*

*Quem virū aut Heroa, lyra vel acri. Oda. ii.*  
In oda de Pindaro vñtitur vñdecies, in carmine seculari vno minus vñgesies: aliás non nimium.

In hoc genere grauiter cadunt versus, qui desinunt in dictionē quadrifyllabā. vt:

*Iam silet murmur graue classicorum.*

Nonnunquam propter cæsuram syllaba correpta extendit, idq; semel tantum apud Horatiū, sed sæpius apud hunc Tragicum. vt,

*Et vir & Pyrrha mare cum viderent. in Tro.  
Uxor impedit animam marito. In Med.  
Est autem veri & integri sapphici constitu-  
tio eiusmodi,*

— — — — —

*Disce fortunam bene ferre magnam.*

Constant chori integri è sapphicis, apud nostrum Tragicum. Obseruauimus in sapphico pedes illegitimos plures, quām in alijs, eosq; in sedibus omnibus, vltima tantummodo excepta, vt in prima sede, spondeus pro trochæo, quod quia semel factum, legem non facit.

*Solus contemptor leuium deorum. In Agam.*

In altera sede pro molosso, interdū creticus collocatur, interdum choriambus: de cretico constat, de Choriambō, nos exempla afferemus, quia inusitatū est, & ab alio, quod equidem sciam, factum nemine.

Creticus inuenitur sine omni controversia, & veteres sapphicos tales fuisse, Iulius Scaliger sentit. Catullus,

*Pauci nunciate meæ puelle.*

Sappho certè, quæ huius carminis inuentrix est, in quadā oda, continenter eo pede vtitur,

Πηικλέων ἀθάνατ' Αφροδίτα,  
 πᾶς Διὸς δολοπόνε, λισσουμέ σε  
 μέ μ' ἄταισι μηδ' ἀνίσιος δάμνα  
 πετνια δυμέ.

Choriambus in eadem sede, vni Tragico nostro est vſitatus: extant plura exempla, ne quis possit dubitare: qualia sunt

*Sumere*

*Sumere innumerās sōlitum figurās.* Med.

*An ferax varij lapidis Carytos.* Tro.

quamvis in manuscripto Regiomontanilegitur, rari lapidis, quod tamen repudio, vt & Scaligeri  $\chi\mu\alpha\sigma\mu\phi\omega\eta\tau\pi\delta\gamma$ , quod esse in dimensione ipse iudicat. Similiter in Thyeste,

*Cuncta diuitias metuitq; casus.*

sed & hunc versum aliter legit Beza, vt in lectionis diuersitate dicemus, Rursus alibi,

*Te caput Tyria cobibere mitra.* in Oed.

*Sidus Arcadium geminumque plaustrum.* In

Agam.

*Troia quā iaceat regione monstrans.* in Tro.

Exempla nondum in libris corrupta tot en numero, ne temere affirmare videar rem nouam. Ille autem versus in Her. Oeteo,

*Habeat, nec villa dominetur aula.*

vt & alter in Agam,

*Tripli cathena tacuit, nec vlo.*

planē sunt illegitimi, in quibus loco primo anapæstus, altero baccheus ponitur: quos inter sappicos atisus non essem recitare, nisi Tragicus eis per medium immisceret, aut propinquè annexeret. Satis de prima & altera sede huius carminis.

In tertia sede spondeus contra artem & vsum collocatur, vt,

*Argos iratæ carum nouerce.*

cuius etiam ut in pede priore exemplum aliud nescio. Spondeus iste interdum resolutur. vt,

*Si qua feruenti subiecta cancro. in Hipp.  
Dum luem tantā Troiæ atq; Achiuis.  
in Tro.*

qualis illa *Stacuēsis* Horatiana,

*Nunc mare nunc filii. & ista,*

*Heū quantus equis, quantus adeſt viris.*

ita in manu scripto, & *Heū* dissylabum esse non negat Seruius. Eadem resolutione Cæcilius in Plotio, apud Terentij interpretem,

*Patere quod datur, quāndo optata non dā  
nunt dij.*

in hoc trochaico, quāndo est trisyllabum.

Sumptum hoc de Græcis. Homerus,

*ἀφνείοτε κέριθον, ἔκτιμθυσε κλεωνδ,*

Appollonius,

*οὐδὲ μὴ οὐδὲ αὐτῷ πάσι μέσανεν ἄκαστος.*

Aliter in carmine sapphico distinguunt pedes Bassus, Diomedes, Attilius, Terentianus, Seruius, & alij, nam inter composta id numerant: sed qui simplicem rationem sequuntur, quam nos sequimur, ad Tragici huius compositionem spectant, quæ sine dubio è Græcorum fluxit institutionibus. Horatius in hoc genere semel atque iterum vtitur dissectione, vt

*Thracio*

*Thracio Bacchante magis sub inter- vento. lib. I.*

*Groſſe non geminis neq; purpura ue- nec auro. lib. II.*  
sed nullum eſt exemplum in Tragicis.

## D E C H O R I A M B I C O.

I. Choriambicum dimetrum conſtat cho- riambō & baccheo.

—oo—                    u —  
*Imbriferumq; corum.      in Hip.*

*Pulvereamq; nubem.      in Agam.*

II. Choriambicum trimetrum, ē Spon- deo, choriambo, & Pyrrhichio, vt

*Pax eſt Herculea manu,  
Auroram inter & Hesperum.*

Ex hoc facti ſunt chori integri in Thye- ſte & Hercule Oeteo : finis cuiusdam chori in Hercule furente : medium in Medea. Habet primo loco interdum trochæum, vt apud Seuerum Septimum,

*Purpuræ leguli ſenes.*  
Interdum creticum, vt in Herc. Oeteo,  
*Quatuor præcipitis Deus.*  
niſi fiat collisio. *Prima enim in nomine*  
quatuor apud bonos poëtas ſemper pro- ducta legitur : quater, ſemper correpta.

g 5                    III. Cho-

III. Choriambicum tetrametrum fit è spondeo, duobus choriambis & pyrrhichio: quo genere frequetissimè vtitur. hoc suave est si incisum habeat post pedem alterum.

— — — — —  
Res est forma fugax, quis sapiens bono  
Confidit fragili & dum licet, vtere.

Ex hoc passim integri chori composti. Idem inter duos trimetros & totidem tetrametros in Oedipo interposuit. Sunt præterea genera choriambicorum minus nota.

1. Primum, quod è choriambico dimetro constat, & è duobus pedibus iambi, cum syllaba superflua.

— — — — —  
Indomitumue bellum perrumpet omne.

2. Alterum, quod è choriambo, anapæsto, & iterum choriambo.

— — — — —  
Extimuit manus insueta pati.

3. Tertium, quod prioribus est magis vulgatum, è spondeo, choriambo, anapæsto, tribrachy.

— — — — —  
Ut quondam Herculea cecidit pharetra.

Reperiuntur plura in Agamemnone huius generis.

4. Quartum, quod è choriambis in sede prima & vltima, in secunda iambo, in tercia

tia spondeo constat: cuius unicum extat  
exemplum in Oedipo.

- u u -    u -    - - -    - u u -

*Quæ tibi nobiles Thebae Bacche tuae.*

5. Quintum, quod est priore breuius syllaba, & loco choriambi finitur dactylo. ut  
in Agam.

- u u -    u -    - - -    - u u -

*Perdidit in malis extremum decus.*

### D E D A C T Y L I C O.

I. Dactylicum dimetrum catalectum, con-  
ficitur è duobus dactylis, ut

*Non acies feras*

*Ceruaq; Parrhasius.*

- u u -    - u u -

II. Dactylicum trimetrum, è dactylo,  
spondeo & dactylo, ut,

*Ceruleum erexit caput.*

III. Dactylicum tetrametrum acatale-  
ctum, fit è solis dactylis, socio pede adiun-  
cto spondeo, qui admittitur sedibus omni-  
bus, excepta postrema: quod carminis ge-  
nus suo appellatur nomine Bucolicon, &  
idem interponitur modò sapphicis & cho-  
riambicis, quales sunt tres in Hippolyto:  
modò heroicis, quales multi in Oedipo, an-  
te actum tertium.

- u u -    - u u -    - u u -    - u u -  
- - -    - - -

*Et*

*Et tumidum Nereus posuit mare.* Item,  
*Brachia prima cadunt prædonibus.*  
 De hoc versu ita scribit Terentianus , dili-  
 gens Grammaticus ,

*In Tragis iūnxere choris hunc sāpe diserti,*  
*Anneus Seneca, & Pomponius antè Secundus.*  
 eodemq; in loco hos è Pomponio versicu-  
 los adducit.

*Pendeat ex humeris dulcis chelys,*  
*Et numeros edat varios, quibus*  
*Affonet omne, pirens latè nemus,*  
*Et tortis errans qui flexibus.*

Hi versus si è solis componuntur spondei-  
 is, minus sunt sonori, minus accommoda-  
 ti, vt in Oedipo

*Et Phæbo laurus charum nemus.*  
 quod in alijs præterea duobus in hoc poëta  
 deprehendimus. nam dici dactylicus po-  
 test, auctore Attilio , qui pedes omnes  
 spondeos habet: dici iambicus , qui spon-  
 deis maxima è parte abundat, quod in  
 Plautinis Camerarius annotauit: dici  
 anapæsticus, eadem de causa, de quo di-  
 cūm paulò antè est. Ratio est ( vt idem  
 Attilius ) quia pes spondeus metra omnia  
 ordinat atq; disponit.

III. Dactylicum pentametrum, supe-  
 riori simile est, quod vno pede excedit, id  
 olim vocatum Aeolicum, eoq; librum in-  
 tegrum

tegrum scripsit Sappho. In his Tragœdijs  
vnus tantum inuenitur in Agam.

*Hec quam dulce malum mortalibus additum.*  
ita enim è manuscripto Regiomontani  
eum restituimus, cùm in vulgatis, in cho-  
riambicum mutatus sit: vt esset sequenti in  
eodem loco similis.

Sunt huius generis multa composita.

I. Vt incipiens à cæsura trochaica. In Agā.

*Aut iniqua flamma Tonantis.*

Item à solo pede trochæo,

*Pendet instabili loco.*

II. A cæsura sapphica. In Agam.

*Foriter vinci refitit amnis.*

Tales leguntur tres in Oedipo, in choro  
confuso, è plurimis carminum generibus.

III. Item à cæsura iambica, vel è solis  
iambis facta, vt

*Inaufragata de boue tradidit.* in Oed.

Vel è spondeo & iambo, vt,

*Par ille regi, par superis erit.* In Agam.

Postremò definens in colo sapphico. Ibid.

*Et licuit versare dolos, vt ipsi.*

## DE HEXAMETRO.

Hexamétrum (quod à materia Heroi-  
cum, ab orationis genere Epicum) com-  
ponitur è dactylis & spondeis: ita tamen  
vt se-

vt sedem quintam dactylus , sextam & ultimam spondeus possideat. In prioribus enim ambo pedes sine ullo discriminé po-nuntur. Huius exemplum est optimus ille poëtae optimi versus,

*Dicite iusticiam moniti. Et non temnere Diuos.*  
Hoc carminis genere celebrantur res gestæ Bacchi in Oedipo & Medea : item oraculum, quod Oedipo datum est. Oraculum refertur in scena medio , Bacchi facinora inferuntur choris. In antiquissimis Tragedijs frequentem fuisse huius ver-sus usum, intelligitur è libro de re poë-tica, qui inter Aristotelicos legitur.

### D E M O N O M E T R O .

Monometrum est , quod è duobus fit pe-dibus , estq; aut acatalectum , quod inte-grum est, vt ex anapæstico , vt

*Fortuna ferat.* Item,

*Nova nupta faces.*

item, ex dactylico , vt

*Non acies feras.* Item ,

*Cingi floribus.*

Catalectum , cui syllaba aliqua deest. Hypercatalectum , in quo abundat syllaba. vt in trochaico

*Troia bis quinis.* in Agam.

In Iambico,

*Religare frontem.* in Oedip.

In choriambico,

*Quo non nata iacent.* in Med.

Quia autem tales finiunt plerunque sententiam, aut etiam carminis genus, ideo antiqui monometra, clausulas appellarunt, ut Varro tradidit.

## GEOR-